



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

35 Otium fugere. otiosos fugare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

immittet. Dic(inquit idem S.Augustinus, de Ver. Domini in Matth. serm.8.) tibi lumen non esse, & clama quod scriptum est: Lumine tuo Domine illuminabis tenebras meas. A me enim nouis tenebris: Tu autem lumen fugans tenebras, &c.

## SIGNVM XXXV.

Otium vi- OTIVM TVRPE, TANQVAM MALO-  
tare. rum omnium scaturiginem, fugere: otio sum,  
cessatione torpem vitam agere  
& Repub. explodere, & ex-  
terminare.

**N**atura humana sicut duris laboribus induitur, ita per otia torpētia fatigatur, ait Callidorus, (I.Var.epist.39.) Et Alcibiades inquit, quod Thuyd lib.6. ciuitatem negotiorum, si negatum cum otio committet, statim euerionem, et minimum, status mutationē passuram. Et Cato Carm. 52. Otium & Reges, simul, & beatitudinem urbes. Plato, epist. ad Prop. Otiolus semper desiderijs viuit, &c.

1. Hinc Theodoricus Gothorum Rex curauit, si suo ævo nullarum artium cessaret industria, ut Iers vbiunque lateret inquireretur. Exaud. 11 Paneg.

2. Apud Romanos ævo M. Aurelij Imp. in otio animaduersum est, interdictumque, ne quis in tessera professionis suæ per Vrbem ambularet secus, opus foret Censorium: condemnabaturque male feriatus, si ita videretur, ad opus publicum. Ant.de Gueu.1. Hor. Princ. cap. 2.

Appius Claudius ait: apud Val. lib. 7. cap. 2. Ne-  
potum populi Romani melius, quam otium cō-  
ntrari: non quod ignoraret, quam iucundus tran-  
quilitatis status esset, sed quod animaduerteret,  
potentia Imperia agitatione rerum ad virtu-  
tem capeſſendam excitari, nimia quiete in desi-  
dium resoluſi. Et sanè, negotium, nomine horri-  
um, ciuitatis Romanæ mores in ſuo ſtatu conti-  
nuo: blandæ appellationis requies plurimis vi-  
bis reperficit.

M. MALO  
r: otioſam,  
agenſe  
-  
ribus indu-  
ir, ait Cato  
inquit, quid  
, si nego-  
nem, in v-  
am. Et Cato  
beatuſeperi-  
ſus ſemper  
e curau-  
duſtria, q-  
r. Emoni-  
up, in conſi-  
, ne quiſſe  
ambulatoriu-  
us publicu-  
m.  
3 Ap

4 M. Cato, cum, capta Carthagine, in Senatu  
deliberaretur, num v̄bs funditus deleri deberet,  
contra Scipionem censuit, non tollendam eſſe æ-  
mulam Imperij, ne, ea ſublata, deefficeret, quaē laces-  
ſeret, & exerceret milites Romanos: futurum e-  
um, ut milites, deficienſibus externis bellis, mo-  
rent interna bella, patriæ pernitioſa. Plut. in

Sinenses populi Indici, barbari alioqui, ac reli-  
gionis noſtræ expertes, uſque adeò ab otio, cum  
ſeffe quadam, ſibi cauent, ut neminem prorsus  
mari patientur: ſic omnibus occupatis, ut ma-  
ne ſit opificum induſtria, an litteratorum ſe-  
culitas, dubium ſit. Certè tertium genus homi-  
num, ſi hoc eſt, otiosorum, apud Sinas nequaquam  
auenit. Ex Epif. Indic. Apul. lib. Florid. 1. ſcri-  
bit, adeò veteribus Indis exoſum uideſſe otium, ut  
non prius adolescentibus edulia apponereſentur,  
cum facta diuiſiſtione, quid à lucis ortu didi-  
ſſent, vel feciſſent: qui nihil repondebat, im-  
pruſus foras triclinio extrudebatur.

5 D. Ioan. a Chokier, in Thesauro Polit. Aphor. lib.  
cap. 19. ait, ſe Lutetiae non ſine riſu vidiffe deſi-  
dios & validos mendicantes inſtar asinorum  
plau-

plaustris ligari ad asportandas ciuitatis foderas.

*Hoc est otium domo & familiam sua exigere.*

7. *Carolus Magnus* filios suos primum liberaliter studijs erudiri, tum, quamprimum etas patitur, equorum regimine, armis, ac venationibus exerceri fecit: filias vero lanificio assuescere, coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam dare, atque ad omnem honestatem erudiri iussit. *Belleforestus in eius vita.* Sic & *Augustus Caesar* filiam & neptes lanificio assuefecit. *Sueton. cap. 64.* *Euripid.* Quemadmodum, inquit, *Virtus* per labores incedit: ita per otia *Vitium.* *Semper enim, vi.* *Lucanus canit, variam dant otia mentem.*

8. *Maximinus Imp.* à Tribunis quibusdā suis reprehēsus, parū decere militū ducē & imperatōr tantopere laborare: Ego vero, inquit, quō maior fuero, cō magis laborare cupio. *Xenophon.* Fortibus viris quasi obsonia quādam sunt labores.

9. *Alexander Magnus:* Nihil est, inquit, magis feruile, quam luxuria: nihil magis regum, quam labor. *Cyrus Xenophontes:* Ego, inquit, arbitror, decere Principem anteire subditis, non vita deinde, & laborum experie: sed eo, quod rebus prouideat, laboresque libenter subeat.

10. Nulla iustitia & quietas, nec prudentia rationem habet, vt qui nullam Reip. utilitatē adferunt, à Magistratu honorentur, & Reip. opibus saginatur, & quod erat industrijs & fortibus hominibus tribuēdum, ignauis & otiosis tribuerunt: immo ut apes fucos ignauū pecus arcent, quōd nec mel confiant, sed apum cura & sedulitate confectionatum mel intemperanter absument: sic homines ignau, qui nullam Reip. operam nuant, omnes tamen Reip. opes liguriunt, atque devorant, he Regni finibus expellendi & ejiciendi sunt, he & alios

tios suo pernitoso exemplo inficiant.

11. *Dionysius Senior* cūdā percontanti, nū esset  
viosus? Absit, inquit, vt hoc mihi vñquā accidat.  
semper turpissimum esse Regi, vacare vñquam à  
leip. negotijs. *Plut. in Apopht. Reg. Cal. lib. II. ca. I.*

12. *Probus Imp.* non patiebatur militem esse otio-

suum: sed multa opera militari manu perfecit,

icens: Annonam gratuitam militem comedere

non debere. *Fl. Vopiscu.*

13. *M. Cato Censorinus* tria in tota vita detestari  
solebat: arcanū aliquod foeminae credere: si trāsi-  
ueris naui, quō pedibus accedere licuisset: & si  
qua dies ei per incuriā inanis effluxisset. *Plut. in*  
*Vita. Idē in libro, qui inscriptus est, Carmen de*  
*Mariib. Vita.* inquit, humana prope uti ferrū est.  
Ferrū si exerceas, cōteritur: si nō exerceas, tamen  
torbo interficit. Itē: Homines exercendo vide-  
mus conteri: si nihil exerceas, inertia atq; torpe-  
tia plus detrimenti facit, quā exercitatio. *Gellius*  
*lib. cap. 2.* Otiosi venenum Reip. nominantur.

14. *Antoninus Pius Imp.* multis subtrahebat sala-  
ta, quos otiosos videbat viuere, dicens: Nihil es-  
tū crudelius, quām si Remp. iij arroderent, qui ni-  
hil in eam suo labore confe-re-rent.

15. *Seuerus Imp.* Symbolum Tribuno dari iussit:  
laboremus. *Pertinax*, ad Imperium ascitus, de-  
derat: Militemus. *Aelius Spartianus.*

16. Apud *Athenienses* otium & inertia in forū ac  
aūcicum, (perinde ac delictū aliquod) vocaban-  
tur, seu trahebantur: singulifq; annis omnes om-  
nino cives adesse corā Magistratu tenebantur, re-  
ponfuri qua arte, quibus opibus ipsi suique vitā  
transfigerent. Qui ea in re mentiebatur, mortis  
veniam subibat. Non ignorabant inopiae causam  
esse

esse pigritiam, & per inopiam plerosque impelli  
ad flagitia, vt loquitur Isocr. Orat. Areop. Atque  
Areopagitum hæc in primis cura & sollicitudo  
fuit, qui morum ac disciplinæ publicæ custodes  
ab Isocrate dicuntur. Eos Cleanthem, Menede-  
mum, & Asclepiadem, nouos Philosophos, & qui  
in nullis erant facultatibus, euocasse, argu-  
rogasse memoriz traditur: qui fieri posse, un-  
toto die Philosophiaæ operam nauarent, ac nihil  
penitus possiderent, eorum corpora nihilominus  
tam bene se haberent, ac tam robusta essent. Ce-  
terum Philosophos iussisse adduci molitores &  
hortulanum, victus sui optimos testes, qui dice-  
ret, vti apud se singulis noctibus, aqua nuncu-  
rienda, nunc volutatione rotæ atque pistilli pro  
opera duas drachmas lucrificarent. Itaque ag-  
nopere admiratos Areopagitas, non solum Clea-  
them, Menedemum, & Asclepiadem inno-  
misisse: sed & ducentarum drachmarum mate-  
re donauisse. Cleanthes accipere noluit. Padi-  
dius ex Athemmo lib. 4. cap. 2. & lib. 5. cap. 1. &  
terio lib. 7. Diod. lib. 1. cap. 6. Val. Max. lib. 1.  
Gell. lib. 12. cap. 7.

17. Narratur & apud Corinthios hunc moni-  
fuisse, vt si quem cernerent splendidius obli-  
ri, hunc interrogarent, vnde ille sumptus ei  
peteret, quidue ageret. Quod si huic virz ge-  
sumptus suppeteren, frui sinebant: si autem  
ptus facultates excederent, ubebant in polito  
moderius vti, ni parerent, multam impo-  
bant. Quod si, cum nihil haberet, tamen impo-  
didè & oppipare viueret, necandum carnis  
huebant: quia aut hunc furem esse, aut cuius  
bus participare &c. necesse esset. Diphilum ad-

*atque athen. lib. 5. cap. 2. Diplosoph. Magistratus habebit oculum in summitate sceptri vigilans.*

*a. Claudius Nero solitus est dicere : Capuam usque Hannibali Cannā, hoc est, pernicem: procrea quod in ea suos milites, meretriculis, balteis, alijsque id genus delicijs mancipatos, passus effeminari.*

*b. Amasis Rex apud AEgyptios hanc legem condidit, vt singuli eorum singulis annis apud provinciarum Praesides demonstrarent, vnde viarentur. Et qui aut hoc non faceret, aut non demōstraret, se legitimē vivere, is morte afficeretur.*

*Herod. lib. 2. Plutarch. in Solone, AElian. 4. cap. 1. Eandem legem Solon, ab AEgyptis mutuatus, Aegyptiis, ut attigi, tulit.*

*c. Cūm nuntiatum esset Ephoris Lacedemoniorum, quosdam deambulationibus vti pomeridianis, cum mandato miserunt ad eos, qui dicerentur deambuletis, vt genio indulgeatis potius, quam vt corpus exerceatis: nam oportere Lacedemonios non deambulationibus, sed exercitijs valetudinem parare, & tueri. AElian. lib.*

*d. Apud Argos, (his adde Sardas,) etiam, si quis in re querenda negligens foret, & remissus, si desidiosum aut flegmem viderent, rationem unde, (quo artificio,) victimum quereret, (sibi patet,) apud Magistrum, qui loco Censoris erat, addere cogebatur. Alex. lib. 3. cap. 13.*

*Si quis apud Lucanos homini otioso, ac voluntibus dedito mutuasse aliquid conuincitur, is quo dato priuatur. Stobaeus Serm. 42. ex Nicolao Moribus Gentium.*

23. *Florentia* in Hetruria patrio instituto in maduertitur in eos, qui otiosi & ignauiter in ea ciuitate agunt. Ex his interrogatus aliquis, unde vietum sibi quærat, & vestitum, si responderet potest, nec virx innocentiam probare, ut sceleris coniunctus plectitur, aut tanquam ciuitati pemtiosus, vrbe ejicitur. *Sabell.lib.6.cap.1.*

24. *Philippus II. Hispan.* Rex Principum viam textorum vitæ similem esse dicebat. Quemadmodum enim textoris officium valde laborousum est, & non assiduitatem solùm continuat, sed & totum hominem requirit, indefessim licet manuum ac pedum motum, defixos in oculos, que ut innumeris penè constat filijs, facile soluitur,rupto hinc filo, alibi intricato, ad quod omnia reconcinnanda, tam oculi, quam manus, sine illa mora, præsto esse debent: ita Regis oculos, & manus, adeoque totum animum ploribus negotijs simul intentum habere, & omnem incommoidis quibuluis occurrere operatur.

25. *Alexander Magnus* interrogatus qua ratione potissimum tota Asia potitus esset, respondit *Μηδεν αναβαλλόμενος*: omnia enim negotia conficiuntur assiduitate & industria. Vide *Simul. Virtut. 202.* Certe quemadmodum Virtus laboribus excolitur, ac magis, magisque inde crescit: ita degeneri otio languet, exolefa ac diffilit. Inutilis turba & otiosi in Rep. sunt similes humoribus vitiiosis in corpore.

(\*\*)

SIG